

il fuit, et se dérobe par la fuite à ses embrassements. « Je veux mourir, dit-il, si je m'abandonne à tes désirs. » Écho ne redit que ces paroles : « Je m'abandonne à tes désirs. » La nymphe dédaignée s'enfonce dans les bois, et va cacher sa honte sous leur épais feuillage. Depuis ce temps elle habite les antres solitaires; mais l'amour vit encore au fond de son cœur, et ne fait que s'accroître par la douleur des mépris de Narcisse. Les soucis vigilants épuisent et consomment ses membres; la maigre dessèche ses traits; tout son sang s'évapore; il ne lui reste que la voix et les os; sa voix s'est conservée; ses os ont pris, dit-on, la forme d'un rocher. Depuis ce jour, retirée dans les bois, elle ne paraît plus sur les montagnes, mais elle s'y fait entendre à tous ceux qui l'appellent: c'est un son qui vit en elle.

Comme elle, d'autres nymphes, nées au sein des eaux ou sur les montagnes, et, avant elles, une foule de jeunes gens virent leurs feux dédaignés par Narcisse. Une victime de ses mépris, élevant ses bras vers le ciel, s'écria: « Puisse-t-il aimer à son tour, et puisse-t-il ne jamais posséder l'objet de sa tendresse! » Rhamnusie (15) exauça cette juste prière.

Près de là une fontaine limpide roulait ses flots argentés: jamais les bergers ni les chèvres, venant de paître sur les montagnes, ni toute autre espèce de troupeaux ne s'y étaient désaltérés: jamais oiseau, ni bête sauvage, ni

Responsura sono, coeamus, rettulit Echo:

Et verbis favet ipsa suis; egressaque silvis

Ibat, ut injiceret sperato brachia collo.

Ille fugit; fugiensque, Manus complexibus aufer;

Ante, ait, emoriar, quam sit tibi copia nostri.

Rettulit illa nihil, nisi, Sit tibi copia nostri.

Spreta latet silvis; pudibundaque frondibus ora

Protegit; et solis ex illo vivit in antris.

Sed tamen hæret amor, crescitque dolore repulsa:

Attenuant vigiles corpus miserabile curæ;

Adducitque cutem macies; et in æra succus

Corporis omnis abit: vox tantum, atque ossa supersunt:

Vox manet: ossa ferunt lapidis traxisse figuram.

Inde latet silvis; nulloque in monte videtur;

Omnibus auditur: sonus est, qui vivit in illa.

Sic hanc, sic alias, undis aut montibus ortas

Luserat hic Nymphas; sic cætus ante viriles

Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens

« Sic amet iste licet, sic non potiatu amato! »

Dixerat: adsensit precibus Rhamnusia justis

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis

Quem neque pastores, neque pasta monte capellæ

Contingerant, aliudve pecus; quem nulla volucris;

feuille tombée des arbres n'avait troublé sa pureté. Bordée d'un gazon que l'humidité du lieu entretenait toujours vert, l'ombre des arbres défendait la fraîcheur de ses ondes contre les feux du soleil. C'est là que Narcisse vient reposer ses membres épuisés par les fatigues de la chasse et par la chaleur: charmé de la beauté du site et de la limpidité des eaux, il veut éteindre sa soif; mais il sent naître dans son cœur une soif plus dévorante encore. Tandis qu'il boit, épris de son image qu'il aperçoit dans l'onde, il prête un corps à l'ombre vaine qui le captive: en extase devant lui-même, il demeure, le visage immobile comme une statue de marbre de Paros. (16) Étendu sur la rive, il contemple ses yeux aussi brillants que deux astres, sa chevelure, digne de Bacchus et d'Apollon, ses joues, ombragées d'un léger duvet, son cou d'ivoire, sa bouche gracieuse et son teint, où la blancheur de la neige se marie au plus vif incarnat: il admire les charmes qui le font admirer. Insensé! c'est à lui-même qu'il adresse ses vœux; il est lui-même, et l'amant et l'objet aimé, c'est lui-même qu'il recherche, et les feux qu'il allume, le consomment lui-même! Que de vains baisers il donne à cette onde trompeuse! Que de fois il y plonge ses bras pour saisir la tête qu'il a vue, sans pouvoir embrasser son image! Il ne sait ce qu'il voit, mais ce qu'il voit l'enflamme, et l'illusion qui trompe ses yeux irrite encore

Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.

Gramen erat circa, quod proximus humor alebat,

Silvaque, sole læcum passura tepescere nullo.

Hic puer, et studio venandi lassus et æstu,

Procubuit; faciemque loci, fontemque sequutus:

Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit:

Dumque bibit, visæ correptus imagine formæ

Spem sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbræ

Adstupet ipse sibi, vultuque immotus eodem

Hæret, ut e Pario formatum marmore signum.

Spectat humi positus geminum, sua lumina, sidus;

Et dignos Baccho, dignos et Apolline crines;

Impubesque genas, et eburnæ colla, decusque

Oris, et in niveo mixtum candore ruborem;

Cunctaque miratur, quibus est mirabilis: ipse

Se cupit imprudens; et, qui probat, illè probatur;

Dumque petit, petitur; pariterque incendit, et ardet.

Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!

In medias quoties, visum captantia collum,

Brachia mersit aquas; nec se deprendit in illis!

Quid videat, nescit; sed, quod videt, uritur illo;

Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.

Credule, quid frustra simulacrâ fugaciâ captas?

ses désirs. Trop crédule Narcisse, pourquoi t'obstiner à poursuivre un fantôme qui t'échappe sans cesse? l'objet de tes désirs est une chimère; l'objet de ton amour, tourne-toi, et tu le verras évanoui. L'image que tu vois, c'est ton ombre réfléchie dans les eaux; sans consistance par elle-même, elle vient et demeure avec toi; elle va s'éloigner avec toi, si tu peux t'éloigner de ces lieux. Mais rien ne peut l'en arracher, ni la faim ni le repos: couché sur l'épais gazon, il ne peut rassasier ses yeux de la vue de ces charmes menteurs; il meurt du poison de ses propres regards, et soulevant sa tête, il s'écrie, les bras étendus vers les arbres qui l'entourent: « Quel amant, ô forêts, essuya jamais de plus cruelles rigueurs? Vous le savez, vous qui souvent avez prêté à l'amour vos mystérieuses retraites. Vous souvient-il, vous dont la vie a traversé tant de siècles, d'avoir vu, dans cette longue suite de temps, un amant dépérir dans une aussi triste langueur? Une beauté me charme, je la vois, et je ne puis la trouver: tant est grande l'erreur qui se joue de mon amour! Pour comble de douleur, il n'y a entre nous ni vastes mers, ni longues distances, ni montagnes, ni murailles fermées de portes! un peu d'eau nous sépare: l'objet de ma tendresse brûle de m'appartenir; chaque fois que je me suis penché sur ces ondes limpides pour les baiser, j'ai vu sa tête s'avancer et sa bouche approcher de la mienné; ma main semble près de l'atteindre, l'obstacle le plus faible s'oppose à notre bonheur. Ah!

Quod petis, est nusquam: quod amas, avertere, perdes:

Ista repercutsa, quam cernis, imaginis umbra est:

Nil habet ista sui; tecumque venitque, manetque;

Tecum discedet, si tu discedere possis.

Non illum Cereris, non illum cura quietis

Abstrahere inde potest: sed opaca fusus in herba

Spectat inexploto mendacem lumine formam;

Perque oculos perit ipse suos; paulumque levatus,

Ad circumstantes tendens sua brachia silvas

« Equis, io silvæ, crudelius, inquit, amavit?

Scitis enim, et multis latebra opportuna fuistis,

Equem, quum vestræ tot agantur secula vitæ

Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo

Et placet, et video; sed quod videoque, placetque

Non tamen inyenio: tantus tenet error amantem

Quoque magis doleam; nec nos mare separat ingens,

Nec via, nec montes, nec clausis menia portis;

Exigua prohibemur aqua; cupit ipse teneri;

Nam, quoties liquidis porreximus oscula lymphis,

Hic toties ad me resupino nititur ore:

Posse putes tangi: minimum est, quod amantibus obstat.

qui que tu sois, sors de cette onde! unique et tendre objet de ma flamme, pourquoi me tromper en échappant sans cesse à mes embrassements? Certes, ni ma beauté, ni mon âge ne méritent de tels mépris; moi-même j'ai été aimé, et des nymphes ont soupiré pour moi. Je ne sais, mais la douceur de tes regards m'invite à l'espérance; quand je tends mes bras vers toi, tu me tends les tiens; quand je ris, tu souris; souvent même quand j'ai pleuré, j'ai surpris des larmes dans tes yeux; tes signes répondent aux miens, et si je dois en juger par le mouvement de ta bouche gracieuse, elle m'envoie des paroles qui n'arrivent pas jusqu'à mon oreille. Mais je suis en toi, je le reconnais enfin; ma propre image pourrait-elle m'abuser? Je brûle d'amour pour moi-même, et j'allume la flamme que je porte dans mon sein. Quel parti prendre? Dois-je attendre la prière ou l'employer? Mais que demander? Ce que je désire est en moi: c'est pour trop posséder que je ne possède rien. Ah! que ne puis-je me séparer de mon corps! Souhait étrange dans un amant, je voudrais éloigner de moi ce que j'aime! Déjà la douleur épuise mes forces; il ne me reste plus que peu d'instant à vivre; je m'éteins à la fleur de mon âge; mais la mort n'a rien d'affreux pour moi, puisqu'elle doit me délivrer du poids de mes souffrances. Je voudrais que l'objet de ma tendresse pût me survivre; mais unis dans le même corps, nous ne perdrons en mourant qu'une seule vie.

Il dit, et dans son délire il revient considérer

Quisquis es, huc exit! quid me, puer unice, fallis?

Quove petitus abis? certe nec forma, nec ætas

Est mea, quam fugias; et amarunt me quoque Nymphæ.

Spem mihi, nescio quam, vultu promittis amico;

Quumque ego porrexî tibi brachia, porrigis ultro:

Quum risi, adrides: lacrimas quoque sæpe notavi,

Me lacrimante, tuas: nutu quoque signa remittis:

Et quantum motu formosi suspicor oris,

Verba refers, aures non pervenientia nostras.

In te ego sum; sensi; nec me mea fallit imago:

Uror amore mei; flammæ moveoque feroque.

Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?

Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.

O utinam nostro secedere corpore possem!

Votum in amante novum; vellem, quod amamus, abesset!

Jamque dolor vires adimit; nec tempora vitæ

Longa meæ superant; primoque exstinguor in ævo;

Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores.

Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset:

Nunc duò concordés anima moriemur in una.

Dixit, et ad faciem rediit male sanus eamdem, 474

la même image; ses larmes troublent la limpidité des eaux, et l'image s'efface dans leur cristal agité. Comme il la voit s'éloigner: « Où fuis-tu? s'écrie Narcisse; oh! demeure, je t'en conjure: cruelle, n'abandonne pas ton amant. Ces traits que je ne puis toucher, laisse-moi les contempler, et ne refuse pas cet aliment à ma juste fureur. » Au milieu de ses plaintes, il déchire ses vêtements; de ses bras d'albâtre il meurtrit sa poitrine nue qui se colore, sous les coups, d'une rougeur légère; elle parut alors comme les fruits qui, rouges d'un côté, présentent de l'autre une blancheur éblouissante, ou comme la grappe qui, commençant à mûrir, se nuance de l'éclat de la pourpre. Aussitôt que son image meurtrie a reparu dans l'onde devenue limpide, il n'en peut soutenir la vue; semblable à la cire dorée qui fond en présence de la flamme légère, ou bien au givre du matin qui s'écoule aux premiers rayons du soleil, il languit, desséché par l'amour, et s'éteint lentement, consumé par le feu secret qu'il nourrit dans son ame: déjà il a vu se faner les lis et les roses de son teint; il a perdu ses forces et cet air de jeunesse qui le charmaient naguère; ce n'est plus ce Narcisse qu'aima jadis Echo. Témoin de son malheur, la nymphe en eut pitié, bien qu'irritée par de pénibles souvenirs. Chaque fois que l'infortuné Narcisse s'écriait hélas! la voix d'Echo répétait: hélas! Lorsque de ses mains il frappait sa poitrine, elle faisait entendre un bruit pareil au bruit de ses

Et lacrimis turbavit aquas; obscuraque moto
Reddita forma lacu est: quam quum vidisset abire,
« Quo fugis? o remane; nec me, crudelis, amantem
Desere, clamavit: liceat, quod tangere non est,
Adspicere, et misero præbere alimenta furori. »
Dumque dolet, summa vestem deduxit ab ora,
Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem;
Non aliter, quam poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent: aut, ut variis solet uva racemis
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
Quæ simul adspexit liquefacta rursus in unda,
Non tulit ulterius; sed, ut intabescere flavæ
Igne levi ceræ, matulinæque pruina
Sole tepente solent; sic attenuatus amore
Liquitur; et cæco paulatim carpitur igni.
Et neque jam color est mixto candore rubori;
Nec vigor, et vires, et quæ modo visa placebant,
Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
Quæ tamen ut vidit, quamvis irata memorque,
Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu!
Dixerat; hæc resonis iterabat vocibus, Eheu!

coups. Les dernières paroles de Narcisse, en jetant selon sa coutume un regard dans l'onde, furent: hélas! vain objet de ma tendresse! Les lieux d'alentour répètent ces paroles. Adieu, dit-il; adieu, répond-elle. Il laisse retomber sa tête languissante sur le gazon fleuri, et la nuit ferme ses yeux encore épris de sa beauté: descendu au ténébreux séjour, il se mirait encore dans les eaux du Styx. Les naïades, ses sœurs, le pleurèrent, et coupèrent leurs cheveux pour les déposer sur sa tombe fraternelle; les Dryades le pleurèrent aussi; Echo redit leurs gémissements. Déjà le bûcher, les torches funèbres, le cercueil, tout est prêt; mais on cherche vainement le corps de Narcisse: on ne trouve à sa place qu'une fleur jaune, couronnée de feuilles blanches au milieu de sa tige.

VI. Le bruit de cet événement rendit le nom de Tirésias justement célèbre dans les villes de la Grèce: le crédit du devin était immense. Le fils d'Échion, le seul ennemi que les dieux comptent dans la famille de Cadmus, Penthée (17) le méprise; il rit des paroles prophétiques du vieillard, et lui reproche le malheur qui a changé pour lui la lumière en ténèbres. Le vieillard secouant sa tête blanche: « Tu serais trop heureux, dit-il, si, privés, comme les miens, de la lumière, tes yeux ne voyaient pas les fêtes de Bacchus (18). Un jour viendra, et ce jour n'est pas loin, je te le prédis, où ce nouveau dieu, Bacchus, fils de Sémélé, paraîtra dans ces murs. Si tu n'élèves pas un temple en

Quumque suos manibus percusserat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
Ultima vox solitam fuit hæc spectantis in undam;
Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit
Verba locus; dictoque Vale, Vale inquit et Echo.
Ille caput viridi fessum submitit in herba:
Lumina nox claudit, domini mirantia formam.
Tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,
In Stygia spectabat aqua: plangere sorores
Naiades; et sectos fratri posuere capillos:
Plangere et Dryades: plangentibus adsonat Echo.
Jamque rogum, quassasque faces, feretrumque parabant:
Nusquam corpus erat: croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.
VI. Cognita res meritam vati per Achaidas urbes
Attulerat famam; nomenque erat auguris ingens;
Spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus
Contemtor Superum, Pentheus; præsaque ridet
Verba senis; tenebrasque et cladem lucis ademtæ
Objicit: ille movens albertia tempora canis,
« Quam felix esses, si tu quoque luminis hujus
Orbus, ait, fieres, nec Bacchia sacra videres!

son honneur, tes membres en lambeaux et dispersés çà et là ensanglanteront les forêts, et jusqu'aux mains de ta mère et des sœurs de ta mère. Oui, tel est ton destin; car tu ne croiras pas Bacchus digne des honneurs divins; tu te plaindras alors qu'à travers ces ténèbres, j'aie trop bien lu dans l'avenir. »

Indigné de ces paroles, le fils d'Échion chasse Tirésias; mais bientôt l'événement les justifie, et ses prédictions s'accomplissent. Bacchus arrive, et les campagnes retentissent des hurlements qui annoncent sa fête: la foule se précipite: les hommes et les femmes, les mères et les filles, et les peuples et les grands accourent confondus à ces nouveaux mystères. « Quel délire, enfants du dragon de Mars, a troublé vos esprits? s'écrie Penthée. Le bruit de l'airain frappé par l'airain, la flûte recourbée de Phrygie, et de vains enchantements ont-ils tant de pouvoir? Quoi! des hommes que ni le glaive des combats, ni le clairon, ni les bataillons hérissés de javalots ne purent effrayer, se laissent vaincre par des cris de femmes, que le vin transporte de fureur, par ce vil troupeau qui se démène au vain son des tambours! Puis-je assez m'étonner, vieillards? Vous qui longtemps ballottés sur les mers, avez fondé une nouvelle Tyr et fixé dans ces lieux vos pénates errants, voudriez-vous donc les livrer aujourd'hui sans combattre? Et vous, que la vigueur de l'âge rapproche de moi, chers jeunes gens, vos mains devaient porter des armes et non

des thyrses (19), vos fronts se couvrir de casques et non se couronner de feuillage! Ah! je vous en conjure, souvenez-vous du sang dont vous sortez; armez-vous du courage de ce dragon qui seul fit tant de victimes. S'il mourut pour la défense de ses eaux et de sa fontaine, sachez vaincre pour votre propre gloire; s'il donna la mort à de vaillants guerriers, repoussez des lâches, et ressuscitez la splendeur de votre race. Ah! si les destins défendent que Thèbes reste longtemps debout, puisse-t-elle crouler sous les efforts du bélier et sous les coups de ses ennemis, au bruit du fer, au milieu des flammes! Malheureux alors sans être coupables, notre sort sera digne de pitié, et, loin de le cacher, nous pourrions le pleurer sans honte. Et quoi! Thèbes deviendrait aujourd'hui la conquête d'un faible enfant qui n'aime ni les combats, ni les armes, ni les coursiers, et qui, dans sa mollesse, ne sait que parfumer ses cheveux de myrrhe, les couronner de lierre et se parer de vêtements tissés de pourpre et d'or! Je vais moi-même, si vous l'abandonnez, le forcer à reconnaître l'imposture de son origine et de ses mystères. Acrise n'a-t-il pas eu assez de courage pour mépriser cette fausse divinité, et fermer à son approche les ports d'Argos? Et Penthée et Thèbes entière trembleraient devant cet étranger! Allez en toute hâte (et il commandait à ses soldats); qu'on saisisse le chef de cette troupe et qu'on me l'amène ici chargé de chaînes: exécutez cet ordre sans le moindre retard.

Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror esse;
Qua novus huc veniat, proles Semeleia, Liber.
Quem nisi templorum fueris dignatus honore,
Mille lacer spargere locis; et sanguine silvas
Pœdabis, matremque tuam, matrisque sorores.
Evenient: neque enim dignabere numen honore;
Meque sub his tenebris nimium vidisse quereris.
Talia dicentem proturbat Echione natus:
Dicta fides sequitur; responsaque vatis aguntur.
Liber adest; festisque fremunt ululatibus agri:
Turba ruunt, mixtaque viris matresque; nurusque,
Vulgusque, proceresque, ignota ad sacra feruntur.
« Quis faror, anguigenæ, proles Mavortia, vestras
Attonuit mentes? Pentheus ait: ærane tantum
Ære repulsa valent? et aduncæ tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut, quos non belligeræ ensis,
Non tuba terruerint, non strictis agmina telis;
Femineæ voces, et mota insania vino,
Obscœnique greges, et inania tympana vincant.
Vosne, senes, mirer? qui, longa per æquora vecti,
Hæc Tyron, hæc profugos posuistis sede Penates;
Nunc sinitis sine Marte capi? vosne, acrior ætas,

O juvenes, propiorque meæ, quos arma tenere,
Non thyrsos, galeaque tegi, non fronde, decebat?
Este; precor, memores, qua sitis stirpe creati;
Illiusque animos, qui multos perdidit unus,
Sumite serpentis: pro fontibus ille lacuque
Interiit: at vos pro fama vincite vestra.
Ille dedit leto fortes: vos pellite molles,
Et patrium revocate decus: si fata vetabant
Stare diu Thebas; utinam tormenta virique
Mœnia diruerent; ferrumque ignisque sonarent!
Essemus miseri sine crimine; sorsque querenda,
Non celanda foret; lacrimæque pudore carerent.
At nunc a puero Thebæ capientur inermi;
Quem neque bella juvant, nec tela, nec usus equorum,
Sed madidus myrrha crinis, mollesque coronæ,
Purpuraque, et pictis intextum vestibus aurum.
Quem quidem ego actutum, modo vos absistite, cogam
Adsumtumque patrem, commentaque sacra fateri.
An satis Acrisio est animi, contemnere vanum
Numen, et Argolicas venienti claudere portas;
Penthea terrebit cum totis advena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducesque

En vain Cadmus, son aïeul, en vain Athamas et sa famille entière, condamnant sa colère, s'efforcent de le détourner de son dessein. Les conseils redoublent sa violence, elle s'accroît plus on veut l'arrêter, et ne fait que s'irriter du frein qu'on lui oppose. Ainsi j'ai vu un torrent, libre dans sa marche, s'écouler sans violence et presque sans bruit; mais que des troncs d'arbres, que des rocs entassés opposent une digue à son passage, il écume, il bouillonne, et précipite ses flots irrités par l'obstacle même. Cependant les soldats reviennent tout sanglants; leur maître leur demande où est Bacchus: ils répondent qu'ils ne l'ont pas vu. « Mais voici, disent-ils, un de ses compagnons, un des ministres de ses autels, tombé entre nos mains. » En même temps ils lui livrent, les mains attachées derrière le dos, un homme qui jadis avait quitté l'Étrurie pour suivre le dieu.

Penthée le regarde avec des yeux que la colère rend terribles, et bien qu'il lui en coûte de différer le supplice: « Tu vas mourir, dit-il, et ta mort servira d'exemple à tes complices: Quel est ton nom, ta famille, ta patrie? Pourquoi es-tu devenu le ministre de ces nouveaux mystères? » Sans crainte pour sa vie, l'étranger lui répond: « Mon nom est Acétés (20), et la Méonie (21) mon pays; je suis né de parents obscurs. Mon père ne m'a laissé ni des champs fécondés par de robustes taureaux, ni des brebis à la riche toison, ni d'autres troupeaux. Pauvre lui-même comme moi, devant sa vie à

ses filets de lin et à ses hameçons, il s'occupait à tromper le poisson et à le tirer du sein de l'onde, suspendu à sa ligne et sautillant encore. Son métier faisait toute sa fortune. » Voilà, me dit-il, en me l'enseignant, voilà tous les biens que je possède, ô mon fils, héritier et successeur de mes travaux. » Et en mourant il me légua les eaux pour tout héritage: c'est donc tout ce que je puis appeler mon patrimoine. Bientôt pour ne pas rester éternellement enchaîné aux mêmes rochers, j'appris à tenir en main et à gouverner le timon des navires, à lire dans les cieux, et à connaître l'astre pluvieux de la chèvre Amalthée, (22) la constellation de Taygète (23), les Hyades, l'Ourse, les demeures des vents et les ports propices aux vaisseaux. Un jour tenant la route de Delos, j'approchai des côtes de Chio (24); la rame manœuvre à droite et me conduit au rivage; je m'élançai d'un bond léger, et mes pieds foulèrent les sables humides où nous passons la nuit. Aux premières lueurs de l'aurore, je me lève, j'engage mes compagnons à puiser de l'eau vive et je leur montre le chemin qui conduit aux fontaines. Je monte moi-même sur une éminence pour étudier les présages du vent; j'appelle mes compagnons, et je retourne à mon navire. Nous voici, s'écrie Ophéltes (25) en s'avançant le premier; et, tout fier de la proie qu'il a trouvée dans un champ solitaire, il conduit le long du rivage un enfant d'une beauté virginale, et qui, appesanti de sommeil et de

Attrahite huc vinctum: jussis mora segnis abesto. »

Hunc Avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum
Corripiunt dictis, frustra que inhibere laborant.
Acrior admonitu est; irritaturque retenta,
Et crescit rabies; remoraminaque ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius, et modico strepitu decurrere vidi:
At quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,
Spumeus, et fervens, et ab objice sævior ibat.
Ecce cruentati redeunt; et, Bacchus ubi esset
Quærenti domino, Bacchum vidisse negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque sacrorum
Cepimus: et tradunt manibus post terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrena gente sequutum.

Adspicit hunc oculis Pentheus, quos ira tremendos
Fecerat; et, quanquam pœnæ vix tempora differt,
« O periture, tuaque aliis documenta dature
Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,
Et patriam; morisque novi cur sacra frequentes. »
Ille metu vacuus: « Nomen mihi, dixit, Acetes;
Patria, Mæonia est: humili de plebe parentes.
Non mihi, quæ dari colerent pater arva juveni,

Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.
Pauper et ipse fuit; linoque solebat et hamo
Decipere, et calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat: quum traderet artem,
Accipe, quas habeo, studii successor et heres,
Dixit, opes: moriensque mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas: unum hoc possum appellare patrum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in isdem,
Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere: et Oleniæ sidus pluviale capellæ,
Taygetenque, Hyadasque oculis Arctonque notavi,
Ventorumque domos, et portus puppibus aptos.
Forte petens Delon, Chiæ telluris ad oras
Adplicor, et dextris adducor litora remis;
Doque leves saltus; udaeque innitor arenæ,
Nox ubi consumpta est, Aurora rubescere primum
Cœperat: exsurgo, laticesque inferre recentes
Admoneo, monstroque viam, quæ ducat ad undas.
Ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,
Prospicio; comitesque voco, repetoque carinam.
Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltes;
Utque putat, prædam deserto nactus in agro,

vin, semble chanceler et le suivre avec peine. J'examine ses vêtements, sa figure, sa démarche, et mes yeux ne voient rien en lui qui annonce un mortel. Je le sens et je dis à mes compagnons: « Je ne sais quel dieu se cache sous les traits de cet enfant; mais ils cachent un dieu. Ah! qui que tu sois, protège-nous, montre-toi propice à nos travaux, et pardonne à mes compagnons. » Cesse de prier pour nous, s'écrie Dictys, le plus léger de tous pour s'élançer à la cime de l'antenne, ou pour se glisser le long des cordages qu'il presse de sa main. Libys, le blond Mélanthe qui veille sur la proue, et Alcimédon l'approuvent, ainsi qu'Épopée dont la voix commande aux rameurs le mouvement et le repos, ou ranime leur courage; tous les autres matelots applaudissent: tant la soif du butin les aveugle! Non je ne souffrirai pas qu'un fardeau sacrilège profane ce vaisseau, m'écriai-je; plus que personne ici j'ai le droit de commander; et je me poste à l'entrée du navire: le plus emporté et le plus insolent de toute la troupe, Lycabas qui, banni de l'Étrurie, expiait dans l'exil un affreux homicide, irrité de ma résistance, me frappe à la gorge de son poing vigoureux: la violence du coup m'aurait précipité au sein des flots, sans le secours d'un câble où, privé de mes facultés, je restai pourtant attaché. La troupe impie applaudit à son audace: mais à la fin Bacchus (car c'était Bacchus lui-même),

comme si les cris avaient interrompu son sommeil et réveillé sa raison engourdie par les vapeurs du vin: « Que faites-vous, dit-il? quel est ce tumulte? d'où vient, matelots, que je me trouve ici? où voulez-vous me conduire? Bannis toute crainte, réplique le pilote, et dis-moi quel port tu veux aborder: tu descendras sur la terre qu'appellent tes desirs. Dirigez votre course vers Naxos, répond Bacchus: là, est n. a demeure, vous y trouverez un sol hospitalier. » Les perfides jurent par la mer et par toutes les divinités que son vœu sera satisfait, et ils me pressent d'abandonner aux vents la voile du navire orné de mille couleurs. Naxos était à droite, je tournai la proue de ce côté. « Que fais-tu, insensé, s'écrient les matelots? Acétés, quelle fureur t'aveugle? tourne à gauche. » La plupart m'expliquent leur pensée par des signes; les autres me la confient tout bas à l'oreille. Immobile d'horreur: « Qu'un autre prenne le gouvernail, m'écriai-je; j'abdique un ministère de crime et de perfidie. » Tous me gourmandent, la troupe entière éclate en murmures. « Croistu donc, me dit Æthalion, un des matelots, que notre salut dépende de toi seul? » Il saisit le gouvernail, commande à ma place, et s'éloigne de Naxos pour gagner le rivage opposé.

« Alors le dieu, d'un air badin, et comme s'il venait à peine de découvrir l'artifice, du haut de la poupe recourbée, promène ses regards sur la mer; puis, feignant de pleurer: « Ce ne sont

Virginea puerum ducit per litora forma.

Ille, mero somnoque gravis, titubare videtur,
Vixque sequi: specto cultum, faciemque, gradumque:
Nil ibi, quod posset credi mortale, videbam.
Et sensi, et dixi sociis: Quod numen in isto
Corpore sit, dubito; sed corpore numen in isto est.
Quisquis es, o faveas; nostrisque laboribus adsis.
His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
Dictys ait; quo non alius conscendere summas
Ociarum antennas, prensoque rudente relabi.
Hoc Libys; hoc flavus, prætoræ tutela, Melanthus;
Hoc probat Alcimedon; et, qui requiemque modumque
Vocem dabat remis, animorum hortator Epopeus;
Hoc omnes alii: prædæ tam cæca cupido est!
Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi; pars hic mihi maxima juris;
Inque aditu obsisto: furi audacissimus omni
De numero Lycabas, qui Thusca pulsus ab urbe
Exsilium, dira pœnam pro cæde, luebat.
Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno
Rupit; et excussum misisset in æquora, si non
Hæsissem, quamvis amens, in fune retentus.
Impia turba probant factum: tum denique Bacchus,

Bacchus enim fuerat, veluti clamore solutus
Sic sopor, aque mero redeant in pectora sensus,
Quid facitis? quis clamor? ait: qua, dicite, nautæ,
Huc ope perveni? quo me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, et quos contingere portus
Ede velis, dixit; terra sistere petita.
Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros.
Illa mihi domus est; vobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces, perque omnia numina jurant
Sic fore; meque jubent pictæ dare vela carinæ.
Dextera Naxos erat: dextra mihi lintea danti,
Quid facis, o demens? quis te furor, inquit, Acète,
Pro se quisque, tenet? lavam pete: maxima nutu
Pars mihi significat; pars, quid velit, aure susurrat.
Obstupui; capiatque alius moderamina, dixi:
Meque ministerio scelerisque artis removi.
Incepit a cunctis; totumque immurmurat agmen.
E quibus Æthalion; Te scilicet omnis in uno
Nostra salus posita est, ait: et subit ipse; meumque
Explet opus; Naxoque petit diversa relicta.
Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
Senserit, e puppi pontum prospectat adunca.
Et flenti similis: Non hæc mihi litora, nautæ, 652

pas là, nochers, les rivages que vous m'avez promis, ce n'est pas la terre que j'ai demandée? Qu'ai-je donc fait pour mériter ce traitement? Quelle gloire trouvez-vous à vous unir, forts de votre jeunesse et de votre nombre, pour tromper un enfant isolé? » Cependant je pleurais, la troupe impie se rit de mes larmes et agite les flots sous les coups redoublés de la rame. Ici, j'en atteste le dieu lui-même (et il n'est pas de dieu plus puissant) mon récit est aussi vrai qu'il est peu vraisemblable; le vaisseau s'arrête immobile au milieu des flots, comme s'il eût été à sec dans une rade. Les navigateurs surpris continuent de battre la mer avec les rames; ils détendent les voiles et s'efforcent, par ce double secours, de mettre en mouvement le navire. Le lierre serpente autour des avirons, les embarrasse de ses nœuds flexibles, et suspend ses grappes aux voiles appesanties. Bacchus lui-même, le front couronné de raisins, agite un javalot que le pampre environne. Couchés autour de lui, simulacres terribles, apparaissent des tigres, des lynx et des panthères (26) à la peau tachetée. Les navigateurs, soit frayeur ou vertige, s'élancent dans les flots. Médon, le premier, sent naître de sombres nageoires sur ses membres courbés et son dos s'arrondit en arc. Quelle étrange métamorphose, lui dit Lycabas, et sa bouche s'élargit en parlant, ses narines s'étendent, et sa peau durcie se couvre d'écaïlles. Libys veut retourner la

Promisistis, ait; non hæc mihi terra rogata est:
Quo merui pœnam factæ quæ gloria vestra est,
Si puerum juvenes, si multi fallitis unum?
Jam dudum flebam: lacrimas manus impia nostras
Ridet; et impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipsum, nec enim præsentior illo
Est Deus, adjuro, tam me tibi vera referre,
Quam veri majora fide: stetit æquore puppis
Haud aliter, quam si siccum navale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perstant;
Velaque deducunt; geminaque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo
Serpunt; et gravidis distinguunt vela corymbis.
Ipse, racemiferis frontem circumdatus uvis,
Pampineis agit velatam frondibus hastam.
Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum,
Pictarumque jacentæ fera corpora pantherarum.
Exsiluere viri; sive hoc insania fecit,
Sive timor; primusque Medon nigrescere pinnis
Corpore depresso, et spinæ curvamina flecti
Incipit; huic Lycabas: In quæ miracula dixit,
Verteteris? et lati rictus, et panda loquenti
Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.

rame qui résiste: mais il voit ses mains se rétrécir; déjà elles ont perdu leur forme première, ce ne sont plus que des nageoires. Un autre avance les bras vers les cordages pour les débarrasser, mais il n'a plus de bras: mutilé, il tombe dans la mer, et son corps se termine en une queue semblable à une faux ou au croissant de la lune, quand elle nous montre la moitié de son disque. Ils bondissent de tous côtés et font jaillir en abondance l'eau qui retombe en pluie: on les voit se plonger au sein des flots, puis reparaître à leur surface, et s'y plonger encore, figurer des chœurs en se jouant, et dans leurs évolutions capricieuses, aspirer l'onde et la rejeter, en soufflant, de leurs larges naseaux. De vingt nochers que portait le navire je restai seul, tremblant et glacé d'épouvante. A peine suis-je rassuré par ces paroles du dieu: « Bannis toute crainte, et vogue vers le rivage de Naxos. » Arrivé dans cette île, j'allume la flamme sur un autel, et je célèbre les mystères de Bacchus.

« J'ai longtemps prêté l'oreille à tes fallacieux discours, dit Penthée, afin de donner à ma colère le temps de s'apaiser: gardes, hâtez-vous de le saisir, qu'on l'ôte de mes yeux, et, qu'au milieu des plus cruels tourments, il descende au séjour ténébreux des morts. » Entraîné sur-le-champ, Acétès est renfermé dans une sombre prison: mais tandis qu'on prépare le fer et la flamme, terribles instruments de son supplice,

At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,
In spatium resiliere manus breve vidit; et illas
Jam non esse manus, jam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit; truncoque repandus in undas
Corpore desiluit; falcata novissima cauda est;
Qualia dividuæ sinuantur cornua Lunæ.
Undique dant saltus; multa que adspergine rorant;
Emerguntque iterum; redeuntque sub æquora rursus;
Inque chori ludunt speciem; lascivaque jactant
Corpora; et acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti, tot enim ratis illa ferebat,
Restabam solus; pavidum gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus, « Excute, dicens,
Corde metum, Diamque tene. Delatus in illam,
Accensis aris, Baccheia sacra frequento. »
« Præbuimus longis, Pentheus, ambagibus aures,
Inquit, ut ira mora vires absumere posset.
Præcipientem famuli rapite hunc; cruciataque diris
Corpora tormentis Stygiæ demittite nocti. »
Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acetes
Clauditur in tectis; et, dum crudelia jussæ
Instrumenta necis, ferrumque ignisque parantur, 693

lui seul, elles le poursuivent ensemble. Déjà tremblant, déjà moins emporté dans son langage, il se condamne, il s'avoue coupable. Blessé, il s'écrie: Venez à mon secours, Autonoe (28), vous, la sœur de ma mère: laissez-vous fléchir par l'ombre d'Actéon. » Elle ne se souvient plus d'Actéon, et déchire la main de celui qui l'implore, l'autre est arrachée par Ino. L'infortuné n'a plus de bras qu'il puisse élever vers sa mère, mais lui montrant son corps sanglant et mutilé: « Regarde, ô ma mère! » dit-il. Agavé jette sur lui les yeux, pousse des hurlements affreux, et secoue sa tête et ses cheveux abandonnés aux vents: Elle arrache la tête de son fils, et, la prenant dans ses mains ensanglantées, elle s'écrie: « Io! mes compagnes, cette victoire est mon ouvrage! » Les feuilles, effleurées par le vent froid de l'automne et qui tiennent à peine à la cime des arbres, ne sont pas plus vite emportées qu'on ne voit tomber en lambeaux les membres de Penthée sous les coups impies des bacchantes. Instruites par cet exemple, les Thébaines (29) célèbrent les mystères du nouveau dieu, lui offrent l'encens et révèrent les autels qui lui sont consacrés.

Vers le milieu de la montagne est une plaine qu'entoure une forêt, mais dont l'enceinte nue et sans arbres s'offre libre à l'œil qui la contemple. C'est là que Penthée porte un regard profane sur les mystères; Agavé (27) est la première qui l'aperçoit; et, la première transportée de fureur, elle lui lance son thyrsos et porte à son fils les premiers coups: « Io! s'écrie-t-elle, accourez, mes sœurs: ce monstrueux sanglier qui erre dans nos campagnes, c'est moi qui veux le frapper. » La troupe entière se jette avec fureur sur Penthée: toutes ensemble elles réunissent leurs coups contre

Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis
Sponte sua, fama est, nullo solvente, catenas.
Perstat Echionides; nec jam jubet ire, sed ipse
Vadit, ubi, electus facienda ad sacra, Cithæron
Cantibus et clara bacchantum voce sonabat.
Ut fremit acer equus, quum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen pugnaque adsumit amorem:
Pentheæ sic ictus longis ululatibus æther
Movit, et audito clangore recanduit ira.
Monte fere medio est, cingentibus ultima silvis,
Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita motu,
Prima suum misso violavit Pentheæ thyrsos
Mater: « Io, geminæ, clamavit, adeste, sorores:
Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. » Ruit omnis in unum
Turba furens: cunctæ coeunt, cunctæque sequuntur

Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem,
Jam se damnantem, jam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, « Fer opem, matertera, dixit,
Autonoe; moveant animos Actæonis umbræ. »
Illa, quid Actæon, nescit; dextramque precanti
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Non habet infelix quæ matri brachia tendat;
Trunca sed ostendens disjectis corpora membris,
« Adspice, mater, » ait: visis ululavit Agavæ;
Collaque jactavit, movitque per aera crinon;
Avulsamque caput digitis complexa cruentis
Clamat, « Io comites, opus hæc victoria nostrum est. »
Non citius frondes autumnæ frigore tactas,
Jamque male hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus directa nefandis.
Talibus exemplis monitæ nova sacra frequentant,
Turaque dant, sanctasque colunt Ismenides aras. 755